



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula iuramenti ab ijs præstandi, qui ab beneficia de iurepatronatus aut  
alio quoquis modo præsentatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

tum & acceptantem, per birreti capiti tuo impositionem, cum iuris cauonici plenitudo*n* inuestiuimus & inuestimus per præsentes. Quocirca &c. [ ut supra in collatione parochialis.] Mandantes præposito, &c. Fictabilibus verò &c. vt tibi, vel procuratori legitimo de prædictorum canoniciatus & præbendæ, illisque annexorum iuriūque ac pertinentiarum fructibus, redditibus &c. quā tum in se fuerit, responderi faciant, in omnibus & per omnia, iuxta præinsterarum literarum Apostolicarum vim, tenorem, formam, & continentiam. In quorum &c. Dat. &c.

Formula institutionis Capellæ de iurepatronatus.

**C**arolus &c Dilecto nobis in Christo presbytero N. Mediolanen. diœcesi salutem in Domino. Cum nuper nomine Magnifici Domini N. patroni & adiutori, ex fundatione & dotatione, & seu restauratione cappellæ Sanctæ N. loci N. plebis N. Mediolanen. Diœc. ad prædictam cappellam, per assecutionem alterius beneficij Curati ven. Presbyteri N. illius ultimi possessoris, [ seu ] per obitum, [ vel ] resignationem, vacante, coram nobis præsentatus fueris; petieris que huiusmodi præsentationem admitti, & canonicam institutionem tibi fieri; & deinde seruatis seruandis coram nobis de iurepatronatus huiusmodi constituerit; demumque de mandato nostro per Reuerendiss. Patres examinatores in Synodo dioecesana Mediolanen. deputatos examinatus ad prædictam cappellam, idoneus repertus fueris: Nos tam auctoritate nostra ordinaria, quam alias omnibus meliori modo, iure, via, causa, & forma, quibus melius & validius possumus, recepto prius a te iuramento iuxta formulam in Concilio provinciali primo Mediolanen. præscriptam, de non alienando bona dictæ cappellæ & alienata recuperando: necnon de parendo mandatis nostris, ac pro tempore futuri Archiepiscopi Mediolanensis in prædicta cappella, sic ut præfertur vacante, ad præsentationem prædictam instituimus, teque coram nobis propter

hoc flexis genibus humiliter constitutum & acceptantem, per birreti capiti tuo impositionem de dicta cappella inuestiuimus, ac inuestimus per præsentes. Quocirca unius & singulis personis Ecclesiasticis, notariis &c. [ ut supra in collatione parochialis.]

Formula iuramenti ab ijs præstandi, qui ad beneficia de iurepatronatus, aut alio quoouis modo præsentantur, Habetur supra in Concil. I. provincial. pag. 14.

Formula literarum deputationis Rectoris pro administratione alicuius Ecclesie, cum facultate curam, & sacramenta ministrandi.

**C**arolus &c. Cum pro recta administratione Ecclesie B. V. M. loci N. plebis N. nostræ Mediolanensis Diœses, ad quam pietatis & devotionis ergo frequens est fidelium concursus, Rectorem spectata morum probitate, prudenter, & diligentia præficere consueverimus: Te, cuius fides, pietas, prudentia, & probitas, iam diu nobis perspecta est, eidem Ecclesie, & religiosis Domui Rectorem harum literarum serie constituimus, præficimus, ac deputamus: cum ampla facultate, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, administrandi, gerendi & gubernandi pia fidelium vota, & oblationes recipiendi, & dispensandi in ius Ecclesie, & domus prædictæ, ac illi annexorum & pertinentiarum eorundem curam habendi. Insuper animarum curam in parochiali Ecclesia ibi proxima loci N. ac Ecclesiastica Sacra menta ministrandi, cum simili assignatione, & dispositionis potestate omnium & quorumlibet fructuum, prouentuum, ac obuentionum prædictæ parochiali quomodo libet spectantium, his nostris concedimus, ac impartimur facultatem. Mandates omnibus & singulis Fictabilibus, Maflarijs, Colonis, & Arendarijs bonorum, fructuum, redditum, & obuentionum eiusdem parochialis, ac prædictæ Ecclesie B. V. M. de N. ac alijs ad quos spectat, ut tibi, vel cuilibet per te, de ipsius parochialis, ac Ecclesie de N. fructibus

